

DISPUTATIONIS V.

De

# TEMPERA- MENTIS

THESES,


D. O. M. F.

Sub præsidio

TOBIÆ TANDLERI, TORGENSIS,  
Medic. D. propositas, exercitii gratia  
tueri conabitur

ÆGIDIUS BAUMANNUS,  
Plissoverdanus, Misnicus.

*Ad 24. Maij diem, hora & loco consuetis.*



WITEBERGÆ  
Typis Gronenbergianis.  
M. DCI.

hysiol.

5, 46.

REVERENDIS ET CLA-  
RISSIMIS VIRIS, PIETATE,  
doctrinâ & virtute præstantissimis;

Dn. DAVIDI RUNGIO, SS. Theologiæ Doctori:  
ET  
Dn. M. ANTONIO EUONYMO, Carintho;

*Illi, sacrarum literarum; huic Ethices & Logices  
in inclyta V Vitebergensium Academia Pro-  
fessoribus publicis, & alumnorum Ele-  
ctoralium Inspectoribus longè  
dignissimis:*

VT ET

VIRO SPECTATISSIMO, PRÆ-  
claro, præstantissimarum rerum usu excellenti  
Dn. MICHAELI CONRADO IUNI-  
ORI, civi apud Cygneos primario:

*Dn. Præceptoribus, fautoribus, & Me-  
cænatibus suis, æternùm suspici-  
endis & honorandis,*

*Hoc exercitium, observantiæ ergò,*

D. D. D.

ÆGIDIUS BAUMANNUS,  
Respondens.

Sächsische  
Landesbibliothek  
Dresden

# De Temperamentis.

**V** prima & simplicia elementa, mixtorum omnium, quorum temperaturam constituunt, communia sunt: ita secunda & sensibilia elementa, humores, perfectorum animalium propria sunt, quae primis corporibus analogiâ respondent, & quorum naturam, proportionem & qualitatem κρᾶσις insequitur: cujus hic quoque contemplatio, cum ad vires rerum indagandas, mores animalium dignoscendos, sanitatem tuendam, & affectus praevidendos vel amoliendos plurimum faciat, non inutilis erit, nec injucunda.

Gal. l. 1. de elem. c. ult.  
 Riolan. in Fernel. l. 3. phys. c. ult. comment.  
 Bert. lib. 2. Med. c. 9.

## THESIS I.

Quod κρᾶσις Græcè; Temperatura, temperies, vel temperamentum Latinè dicitur, barbaris complexio, quòd plura simplicia complectatur. I I.

Est enim qualitas in corpore, ex quatuor elementorum commoderatione orta, propter obeundas actiones.

Gal. l. 1. de elem. c. 9.

### III.

Statuitur Galeno duplex temperamentum: aliud εὐκράτορ seu temperatum; aliud δὺσκρατορ seu intemperatum.

lib. 1. de temp. c. 8.

### IV.

εὐκράτορ, quod aliàs etiam σύμμετρον dicitur, mediam exquisitè naturam contrariorum elementorum tenet, ut æqua sit omnium proportio. V.

Consideratur hoc vel absolutè, vel respectivè cum alio collatum. VI.

lib. 1. de temper. c. 6.

Absolutè temperatum vocatur aliquid, quatenus in universo mundo obvium, vel in summo gradu sine alterius mixtione præpollet, ut calidum in igne; siccum in terra: vel per exuperantiam, à prævalentis in mixtura nomine nuncupatur. Ita piper calidum, papaver frigidum.

Ibidem.

### VII.

Respectivè, confertur temperatum nunc respectu generis, nunc respectu speciei, nunc respectu cujuslibet obvii.

A 2

Respe-

## VIII.

Gal. l. 3.

simpl. med. c. 2.

Respectu generis, si inter se comparentur animalia, temperatissimus homo est: hoc enim leo calidior; ovis humidior; canis siccior.

## IX.

Respectu speciei, ut si canis cum cane, homo cum homine conferatur. Sic inter homines *ἑσπερος* mediam tenet temperaturam, quo biliosus calidior est, phlegmaticus frigidior.

## X.

Respectu cujusvis obvij temperies variè dicitur. Planta enim calida dicitur, ratione lapidis: frigida, ratione animalis, quod calidius est.

## XI.

Temperatum igitur ratione hominis indigitatur aliàs ad pondus, aliàs ad justitiam.

## XII.

Ad pondus temperatum est, in quo æqualis est elementorum vis atque moles.

## XIII.

Gal. l. 1. de sanit. c. 5.

Hoc aliqui excludunt, ut imaginarium, & cùm, si datur, ad momentum vix durabile sit.

## XIV.

Lib. 1. de temp. c. 6. Fernel. l. 3. phys. c. 4.

Sed malè: quomodo enim recessus intelligemus, si medium ignoraverimus? Et quanquam diu non durat, dari tamen potest, ut norma reliquorum, & Polycleti statua.

## XV.

Riolan. in comm.

Ad justitiam temperatum est, in quo decens contrariorum *συμμετρία*, ad justitiæ ritum disposita, ceratur, prout naturæ convenit, caussa functionum.

## XVI.

*δύσκρατον*, quod etiam *ἄσύμμετρον* appellatur, est, quod à mediocritate recedit, & à contrarijs superantibus nomen assumit.

## XVII.

Tale vel simplex est, vel compositum.

Simplex,

## XVIII.

Simplex, in quo una qualitas prædominatur, reliquis æqualiter commixtis.

## XIX.

Hujusmodi, ratione quatuor Elementorum & primarum qualitarum, quadruplex est: calidum, frigidum, humidum, siccum.

## XX.

Compositum, in quo duarum qualitarum præcellentium combinatio fit & complicatio: ut calidum & humidum; calidum & siccum; frigidum & humidum; frigidum & siccum.

## XXI.

Vnde novem resultant temperamenta: unum *ἕννεκατον*, & octo *δύσνεκατα*.

## XXII.

Intelligimus autem ea temperamenta, quæ verè & actu talia sunt: quæ enim à *δυνάμει* denominantur, actu nondum sunt, quod dicuntur, quod tamen facile fieri possunt.

*l. 1. de temp. c. 7.*  
*l. 3. ib. c. 1.*  
*l. 3. simpl. med. c. 2.*

## XXIII.

Innatum quoque, quod ab ortu est; ab Adventitio, quod à diæta & causis non naturalibus producitur, distinguendum putamus.

## XXIV.

Efficiens temperaturarum causa, quædam remota est, (Deum semper antepono) positus astrorum; quædam propinqua, videlicet mutua quatuor elementorum, & hæc insequentium qualitarum commixtio.

## XXV.

Iuvant temperamenti alterationem educatio, institutio, victus ratio, regio, anni tempus, consuetudo, & aliæ res non naturales vocatæ.

A 3

Sub-

## XXVI.

Subiectum temperiei est omne corpus ex quatuor elementorum commixtione productum.

## XXVII.

Forma est qualitatium διαθεσις & ad se invicem habitudo.

## XXVIII.

Finis temperaturæ est actio vel bona, quæ sanitatis est: vel mala & depravata, quæ morbi, indebitam illius dispositionem consequentis.

## XXIX.

Effecta quoque cum fine coincidunt. Sunt enim actiones multiplices & variæ, pro diversa organorum, humorum & spirituum constitutione.

## XXX.

Cognata sunt quorundam ιδιοσυγκρασιδων, quarum causas, in abdito naturæ thesauro reconditas, desideramus.

## XXXI.

Pugnancia sunt, quæcunque κρᾶσεων bonitatem immutare, vel quoquo modo huic doctrinæ nebulas errorum offundere possunt: de quibus alibi.

## XXXII.

Hæc in genere de temperamentis dicta; in specie accommodare proderit ad partes corporis, ad humores, spiritus, ætates & anni tempora.

## XXXIII.

Corporis inter partes εὐκρᾶσιαν cutis habet, præsertim quæ in vola manus & summis digitis est: modò non sit alterata calore vel frigore, nec callo indurata. Hæc reliquarum corporis partium canon est ac regula.

## XXXIV.

Ab hac recedunt caliditate venarum & arteriarum tuni-  
cæ, testes, renes, lien, muscoli, caro, epar, pulmo; & cor,  
quod omnium est calidissimum. Frigi-

Gal. l. 1. de  
temp. c. 9.

XXXV.

Frigiditate superant adeps, cerebrum, spinæ medulla, fibræ, membranæ, tendines, ligamenta, cartilago, & ossa, quæ sunt longè frigidissima.

XXXVI.

Humiditate prævalent muscoli, renes, cor, epar, pulmo, caro testium, mamillarum, cerebrum, & adeps omnium humidissimus.

XXXVII.

Siccitate præpollent nervi molliores & duriores, venæ, arteriæ, membranæ, tendines, ligamenta, cartilagine, & ossa, summam adepta siccitatem.

XXXVIII.

Humores æstimare volenti, sanguis caliditate & humiditate; bilis caliditate & siccitate; pituita frigiditate & humiditate; melancholicus humor frigiditate & siccitate dominari videbitur.

*Lib. de ineq. intemp. c. 4.*

XXXIX.

A vincentis autem humoris appellatione, temperamenta quoq; vulgò denominantur: sanguineum, Biliosum, Phlegmaticum, Melancholicum. Quod tamen aliquibus improbat.

*Riolan. in comm. Fern. Fernel. l. 3. phys. c. ult.*

XL.

De spirituum temperie proxima peraget explicatiùs disputatio.

XLI.

Ætatum discrimina secundum insignes temperamentorum vicissitudines, quatuor numerantur: Adolescentia, Iuventus, Inclinars ætas, & senectus.

XLII.

Adolescentia, quæ sub se infantiam, pueritiam & pubertatem complectitur, calida & humida est, sanguinea & veri analogâ, annoque viceſimo quinto terminatur.

*Fernel. l. 3. phys. c. 10. Riol. in com. Gal. 5. Aph.*

*Inven. 9. com.*

XLIII.

*Gal. in  
com. 3.*

*Aph. 30. l. 1.  
aph. 14 com.*

Iuventus, quæ virilem ac floridam ætatem includit, calida ac sicca & biliosa reputatur, æstati proportionata, & ad annum usq; quadragesimum vel quinquagesimum perdurat.

XLIV.

Inclinans ætas, alijs præcipitata vel ingravescens dicta, frigida, sicca, & melancholica est, autumnis similis, & ad annum 65. vel ultra prorogatur.

XLV.

Senectus, ultimum senium vel ætas decrepita, frigidissima est & humida, pituitosa, & hyemi finitima; vitamq; claudit.

XLVI.

*Hipp. l. d.*

*ære. aqu. & κατὰσασιν,  
loc.*

*Gal. com. 1. l.*

*de natura*

*hom. t. 36.*

*l. de natura*

*hom. l. 1. d.*

*temp. c. 4.*

Anni tempora naturam quoq; corporum, secundum aëris inter se, quàm in sua natura comparata.

XLVII.

Ita ver Hippocrati calidum & humidum; Galeno temperatum, sanguini: Aestas, calida & sicca, bili: Autumnus frigidus & siccus, melancholico humori: Hyems frigida & humida, pituitæ respondens, censetur.

XLVIII.

Hæc itaq; naturalis partium humani corporis, humorum, ætatum, & anni temporum temperies, si permanserit, salutem: si valde degeneraverit, incommoda nostris corporibus insignia portendit, etc,

